

dicit, quòd ex his verbis monstratur matrimonium processisse cum matre; unde non est opus alia probatione, quòd matrimonium fuerit inter eos; et hoc tenet Anton. Rosel. ubi supra, col. 1. quando non erat aliqua causa prohibitiva matrimonii retrò ante inter eos; si tamen erat, quæ cessabat tempore prolationis verborum, tunc præsumetur matrimonium à tempore, quo prohibitio cessavit: non ergò ista verba includunt legitimationem, quia sola voluntas patris sine dono Principis non sufficeret, ut supra l. proxima, sed sunt inductiva probationis matrimonii retrò habiti. Sed an requiratur, quòd tempore prolationis talium verborum sit habitas contrahendi matrimonii inter patrem, et matrem huius filii naturalis? Bart. in dict. sua disputatione tenet quòd sic, et Lucus de Pen. in l. fin. C. de his qui spont. muner. sub. lib. 10. col. 4. et 5. versic. 5. ex his queritur; undè si jam esset mater mortua, vel effecta religiosa, vel aliàs inhabilis ad contrahendum cum isto patre, non esset filius legitimus: idem tenet Joan. And. in cap. per tuas, qui filii sunt legit. et Angel. in dicto §. ad hoc, in authent. ut liceat matri, et avie, ubi et refert alios qui idem tenuerunt. Anton. tamen in dicto cap. per tuas tenet contrarium, quia text. in dicto §. ad hoc loquitur indistinctè; undè non videtur requiri, quòd tunc temporis possit esse uxor, sed sufficit, quòd antea potuisset: et similiter ista lex hoc non distinguit imò neque in ista lege sunt verba illius authent. dum dicit: Cum qua nuptiæ consistere possunt; in quo Bart. facit fundamentum: et idem est de mente Gloss. in authent. quibus mod. nat. effc. sui, §. si vero is qui solummodo, in verb. Principis, juncto text. prout ad hoc illum inducit Anton. Rosel. in loco supra allegato: idem etiam tenuit Paul. de Cast. dict. consil. 429. dicens, esse impium, et inhumanum dicere, quòd, et si non sit possibilitas contrahendi cum concubina tempore prolatorum verborum, quòd non possint filii legitimari per istum modum; et quòd si concubina reperitur nupta alii dicto tempore, vel ipse pater alii mulieri, per matrimonium esset adstrictus, quòd non possit dicto modo legitimare filios, quos habuit tempore, quo cum concubina poterat nubere. Anton. verò Rosellus ubi supra, col. 2. prosequitur latè istum artic. et concludit, quòd ista possibilitas contrahendi sufficit adesse tempore natiuitatis filiorum, licèt tempore istorum verborum non fuerit; nisi mulier esset impedita ad matrimonium, tali facto quòd faceret impediri, præsumptionem posse colligi de præterito, ut quia reperitur tempore verborum istorum alii nupta; nam ex hoc colligitur, quòd non fuerit matrimonium inter eam, et amasium; et sic cessat præsumptio, in qua se fundat dict. §. ad hoc: et istud videtur æquum, et notabile dictum, maxime attentis verbis generalibus huius legis. Limitat etiam Bartol. in dict. disputatione, ut procedat quando pater honestè poterat contrahere cum tali concubina; secus, si inhonestè, ut si ipsa erat vilis conditionis, cum id dicatur posse, quòd honestè possumus, l. filius 15. D. de condit. instit. et idem tenet Angel. in §. 1. quib. mod. nat. effc. legit. et in dict. authent. item si quis, et Bald. in l. 2. C. quib. res. jud. non nocet, col. 2. et in dict. authent. item si quis, et Bart. Cœpol. cautel. 248. et satis placet hæc limitatio, et quòd procedat etiam de jure Canonico, quequid dixerit Paul. de Castro in dict. consil. et idem tenet Angel. in dict. authent. item si quis, ubi addit notabile verbum, quòd si amasia in testamento, vel alio instrumento filium naturalem, quem habuit ex amasio, nuncuparet filium, sine adiectione naturalis, quòd non legitimaretur per ista verba; quia talis legitimitas inducitur ex matrimonio præsumpto, ut dictum est; et non est ita verisimile, quòd amasius velit matrimonio amasie consentire, sicut è contra; quòd dicit notandum, et sequitur Cœpol. ubi supra. Limitat etiam Bart. in dict. sua disputatione, ut procedat hoc, quando non extarent filii legitimi et naturales; quòd etiam tenuit Gloss. sub dubio fortè in dict. authent. item si quis, et idem tenet Angel. in authent. quib. mod. nat. effc. legit. §. si quis ergo, et in authent. quib. mod. nat. effc. sui, §. si quis igitur, idem et Host. Joann. And. in cap. per tuas, qui filii sunt legit. Contrarium verò, imò quòd ista legitimitas procedat etiam stantibus legitimis, conatur fundare Paul. de Cast. cons. prædicto, col. 2. et fin. contrarium etiam tenuit Jacob. de Bello Viso in dicto §. ad hoc, et istam partem sequitur Anton. Rosel. in loco supra alleg. col. fin. et non potest negari, quin iste valdè dubius, cum non sit lex, quæ expressè hoc dicat. Sed quia talis assertio patris, stantibus legitimis, est suspecta propter præjudicium legitimorum, arg. l. qui testamentum 27. D. de probat. l. cum quis decedens 57. §. Titia 6. D. de legat. 5. in practica non recederem ab opinione Bart. Limitat etiam Cœpol. in dicta cautela, nisi pater nominasset filium propter importunitatem filii petentis, vel quan-

do pater esset multum occupatus circa alia, vel esset in articulo mortis turbatus mortis cogitatione; quæ limitationes sunt mihi dubiæ: vide ibi, nam et ipse vult, quòd si apparet de spontanea voluntate patris, non procederent prædicta: et an contra istam assertionem patris admittatur probatio in contrarium, vide Anton. Rosel. ubi supra col. fin. qui tenet, quòd respectu ipsius proferentis, et hæreditatis ejus est præsumptio juris et de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium; respectu verò aliorum, benè admitteretur: vide ibi.

(8) Non deuen desir. Ex hoc monstratur, quòd dixi in gloss. præc.

(9) Los otros hermanos. Adde dictum §. ad hoc, et authent. item si quis, supra allegat. et ex hoc infert Angel. in dicto §. ad hoc, quòd si sunt plures fratres ex eodem patre nati, quorum unus per sententiam sit pronuntiatus civis Perusini, et hæc sententia unius pro omnibus facit testimonium. Quòd facit, ut uno ex fratribus pronuntiato nobili, hoc sufficiat cæteris fratribus; quòd est singulare.

(10) Otros parientes. Hic habes decisam illam questionem, in qua fuit varietas inter Doct. an legitimatus per rescriptum Principis succedat agnatis, vel cognatis legitimatis; nam Jacob. de Bellovisio in §. filium, quib. mod. nat. effc. sui tenuit, quòd non, et quòd solum succedat patri legitimanti: idem tenet ibi Ang. et Bald. in l. pen. in princ. col. 2. C. de adopt. dicens, quòd non succedit agnatis, neque cognatis, nisi Princeps hoc expresserit in legitimatione: idem etiam tenet Sal. in authent. item si quis la 1. C. de nat. liber. ubi firmat, quòd non succedit istis, nisi ipsi consenserint legitimationi; idem etiam tenet in authent. itaque C. commun. de succes. hoc voluit etiam Glos. in l. hac parte, D. unde cognat. Contrariam sententiam tenet Speal. tit. de succes. ab intest. vers. quis de legitimatis, et expressius ibi Joann. And. in addit. magna, in vers. item scias, in addit. incipit Gofre. est in pen. co. addit. illius tit. et Paul. de Cast. consil. 342. vol. incipit super primo dubio, col. 2. et est communis opinio, prout adducit Dec. consil. 507. col. fin. ubi hoc tenentes refert, et consil. 516. col. pen. et etiam Roderic. Suar. in comment. l. quoniam in prioribus, fol. 87. qui tamen non allegat istam legem, quæ expressè hoc dicit: et idem habetur in l. 12. Tauri, ubi Doct. del Castillo tangit, sed non benè enucleavit. An tamen talis legitimatus per rescriptum succedat avo, Angel. in dicto §. filium tenet, quòd non, dicens idem in avo, quòd in cæteris agnatis: Roderic. Suarez allegans Bart. in l. communium, C. de natur. liber. dicit contrarium, cum refert determinationem Bart. quòd agnascitur ascendentibus; sed Bart. non dicit id, ad quòd ipse eum allegat; saltim in lectura, quam ego habeo, non dicit illud Bart. et dictus glossator Castillo in alia gloss. dictæ l. super parte de sus abuelos, dicit quòd legitimatus simpliciter, licèt legitimetur quoad successionem patris, non tamen quoad successionem avi, et aliorum ascendentium; allegat Angel. ubi supra: et videtur, quòd hoc dictum sit verum in avo, ne contra voluntatem avi sibi agnascatur, et sic debeat ei legitima in bonis avi: et hoc videtur fuisse de mente Joann. Andr. in dict. addit. in ratione quam dat: quia de necessitate agnati non tenentur relinquere legitimo, quia per legem non cognatur; quòd secus est in ascendentibus, in quorum bonis est legitima debita descendentibus, cap. jus naturale, l. dist. l. cum ratio 7. D. de bon. damnat. l. in suis 11. D. de liber. et posth. debet ergò consentire avus, ne ei invito suus hæres agnascatur, ut in §. sed si quis 7. Instit. de adoption. et nota benè istam legem, quæ idem vult in aliis legitimatis, modis de quibus supra in legibus huius tituli.

(11) Ofrece el mismo. Ut habes infra l. proxima: si ergò non ipse se offerat, sed offeratur à patre Curie, ut supra eod. l. 5. succedit etiam agnatis, et cognatis; cuius contrarium videbatur de jure communi, ut in l. communium 9. C. de natur. liber. et in cap. filium. 4. in authent. quibus mod. natur. effc. sui, collat. 7.

LEY VIII.—Por que razones se pueden los hijos naturales fazer legitimis (a).

LEY VIII.—Por que razones se pueden los hijos naturales fazer legitimis (a).

Oficial de alguna Cibdad, o Villa, que tienen de los mayores officios en toda su vida; casando tal como este con fija natural de alguno, que ouiesse de amiga, estonce quando el padre la casa con tal ome, la faze legitima (1). Otrosi, quandol fijo natural de algun ome se offresciesse el mismo a seruicio del Emperador, o

del Rey, o de alguna Cibdad, o Villa, segund dize en la quarta ley ante desta, diziendo concejramente ante todos, como es fijo de tal ome, nombrandolo, e que lo ouo de tal muger. Si esto fuere cosa cierta, que es fijo de aquel que el dize, fazese legitimo por esta razon; si por aventura su padre non ouiere hijos legitimis de otra muger. Ca si los ouiesse (2), non seria el legitimo, maguer se presentasse assi como sobredicho es (b).

(a) L. 7, tit. 22, lib. 4 del F. R.

(b) Esta ley no tiene aplicacion alguna.

LEX VIII.—Si pater filiam naturalem cum majore iudice civitatis, aut villæ, ad vitam administrationem tenentem, matrimonialiter copulet, erit per hoc legitima: et naturalis filius, si Curie se offerat, efficitur legitimus, nisi legitimis pater habeat. Hoc dicit.

(1) La faze legitima. Vide l. 2. ad fin. C. de natur. liber.

(2) Ca si los ouiesse. Vide in authent. quib. mod. nat. effc. sui, cap. 2. §. si quis igitur 1. ad fin.

LEY IX.—Que bien, e que pro, nasce a los hijos por ser legitimis (a).

A los legitimis nasce de la legitimacion, que se les faze, muy grand pro: ca despues que lo son por qualquier de la maneras sobredichas, fueras en las que faze el Papa, segund dize en la sexta ley ante desta, pueden ser herederos (1) de todos los bienes de sus padres, si los padres fijos legitimis non ouieren; e si los ouieren (2), heredaran su parte, como los otros fijos que ouieren de mugeres legitimis (b); fueras ende, en la manera que dize en la ley ante desta, o dize, quando fijo de alguno ome se ofresciere el mismo a seruicio de Corte de Emperador, o Rey, o Concejo de alguna Cibdad, o Villa (c). E aun les nasce otra pro de la legitimacion: ca pueden ser cabidos a todas las honrras, e a todos los fechos temporales; tambien como los otros fijos que nascen de las mugeres legitimis (d).

(a) L. 17, tit. 6, lib. 3, y L. 7, tit. 22, lib. 4 del F. R.

(b) Esto es quando la legitimacion se verifica por subsiguiente matrimonio, pues quando se hace por real cédula se observa la L. 12 de Toro, que es la L. 7, tit. 20, lib. 10 de la N. R., citada en nuestra nota 2.ª a la L. 4 de este mismo título.

(c) Véase nuestra nota 3.ª a la L. 5 de este título.

(d) L. 6, tit. 5, y L. 7, tit. 20, lib. 10 de la N. R.

LEY IX.—Legitimati quoquomque modo, præterquam per Papam, succedunt patri ab intestato, etiam una cum legitimis; nisi se ipsum curie offerens, qui, legitimis existentibus, non succedit: et legitimati admittuntur ad omnes honores, sicut legitimi. Hoc dicit.

(1) Herederos. Adde text. in authent. quibus mod. nat. effc. sui cap. illud tamen, cum cap. sequenti, et in authent. præterea, et in authent. item si quis la 1. et 2. C. de nat. liber. Bart. in authent. quibus mod. natur. effc. legit. in princ. et vide quæ dixi in l. 9. tit. 18. Part. 5. in gloss. super parte con testamento, o sin testamento: et adde, quòd etiam si legitimatus emancipetur à patre, adhuc succedat patri; quia per emancipationem non redigitur ad instar extranei, ut notat Bald. in l. penult. §. 1. C. de adopt.

(2) Si los ouieren. Intellige, quòd tempore impetratæ legitimacionis non habebat alios filios legitimis et naturales; habuit tamen postea: et sic est hic casus pro dicto Dini et Bart. in l. ex facto, col. 4. vers. ultimo hæc, D. de vulgar. et pupil. et Andr. de Iser. cap. 1. §. naturales, si de feud. fuer. contr. inter dom. et agnat. ut legitimati succedant cum legitimis postea natis: hodie tamen per l. 12. Tauri non possunt succedere cum legitimis, etiam postea habitis. Quid tamen, si filii legitimi et naturales stabant à tempore legitimacionis (et de eis fuit facta mentio, ut dixi supra eod. l. 6.) An tunc succedant

legitimati cum legitimis et naturalibus? Videtur, quòd sic, per istam legem, quæ in hoc non est derogata per dict. l. Tauri, quæ loquitur, quando post legitimacionem natus est filius legitimus, vel fuit legitimatus, per subsequens matrimonium. Quòd intellige, quando legitimatus facta fuit vivente patre, seu de ejus voluntate; tunc enim tenet legitimatio, etiam non citatis fratribus, ut notat Bart. et Doct. in l. Gallus, §. et quid si tantum, D. de liber. et posthum. et idem esset, si legitimaretur post mortem patris, antequam fratres legitimi et naturales adirent hæreditatem; cum potest eis Princeps præjudicare cum clausula non obstantè ante aditionem, ut dicit Bald. in l. Deo nobis, ad fin. C. de Episc. et cler. et in aliis locis, et tenet Alex. in dicto §. et quid si tantum, col. penult. cum enim constet Principem velle, ut, non obstantibus legitimis, ipsi cum eis succedant, standum est rescripto Principis, quia potest, si vult, ex rationabili, et justa causa legitimare, secundum Bart. et Doct. in dicto §. et quid si tantum; cavere tamen Princeps de hoc debet: non enim est decens hoc facere sibi, licèt possit, ut dicit Bald. in §. filii nati, si de feudo fuer. contr. inter dom. et agnat. undè solet poni in rescriptis Principum in legitimacionibus, salvo jure legitimorum; de qua clausula vide etiam remissivè per Alex. in dict. §. et quid si tantum, col. fin. et adde ad prædicta Paul. de Castro in l. si te, C. de suis, et legit. hæred.

TITULO XVI.

DE LOS HIJOS PORFIJADOS (a).

Porfijados (1) son vna manera de fijos, a que dizen en latin, adoptivi, a quien resciben los omes por fijos; maguer non nascen ellos de casamiento, nin de otra guisa. Onde, pues que en los Titulos ante deste fablamos de los fijos legitimis, e de todos los otros que han los omes naturalmente; quereamos aqui dezir destes, que ganen por postura que fazen entre si, segund ley, e fuero. E primeramente mostraremos, que cosa es este porfijamiento. E en quantas maneras lo fazen. E quien puede porfijar, e a quien. E que fuerza ha el porfijamiento. E por que razones se puède desfazer.

(a) Tit. 22, lib. 4 del F. R.

TITULUS XVI. DE FILIIS ADOPTIVIS.

(1) Porfijados. Isti non succedunt in feudo, ut in §. adoptivus, et ibi Bald. si de feudo fuer. contr. inter dom. et agn. et an isti veniant appellationem filiorum, et an statutum factum propter filios comprehendat filios adoptivos, vide Rochum in tract. de jure patronat. fol. 25. col. 2. cum sequenti, et Decium notabiliter consil. 599. ubi et tradit, quòd filius adoptivus non facit deficere fideicommissum relictum in defectum filiorum.

LEY I.—Que cosa es porfijamiento: e en quantas maneras lo fazen (a).

Adoptio in latin, tanto quier dezir in romance, como porfijamiento. E este porfijamiento (1) es vna manera que establescieron las leyes, por la qual pueden los omes ser fijos de otros, maguer non lo sean naturalmente. E puedese fazer en dos maneras, segund dize en el Titulo del Compradado, e del Porfijamiento, por que se embargan los casamientos, en la ley que comienza: El porfijamiento es vna manera de parentesco. E porque dan los omes algunas vegadas sus fijos legitimis, e naturales, a otros que los porfijen; por ende en tal porfijamiento como este ha menester, que aquel a quien porfijan, que consienta; otorgandolo por palabra, o callandose (2) non contradiziendo. Pero si porfijassen alguno que non ouiesse padre, o si lo ouiesse, fuesse